



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt LI. S. Bartholomæi Collegivm Bethuniense, in d. Atrebatensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

## CAPUT LI.

## S. BARTHOLOMAEI COLLEGIVM

Bethuniense, in d. Atrebatenſi.

**I**N S. Bartholomæi collegiata apud Bethunienses quiescit S. Iorius, Montis Sina Episcopus. Cæterum Bethuniensium traditio habet eum, voti & religionis causa, inuisisse Boloniæ memoriam Deiparæ Virginis; inde propter viciniam loci diuertisse Bethuniam ad quendam, qui ipsi aliquando famulatus fuera: apud quem nemine conscio, nocturno tempore, ad lucem æternam migravit. Famulus morte deprehensa, & sibi ex ea metuens à iudice molestiam, corpus sanctum intra domesticos parietes sepeliuit. Sed res per crebras apparitiones detecta fuit. Vnde viro sancto data est dignior sepultura, quæ adhuc cernitur intra Ecclesiam D. Bartholomæi, in facello quod postea in honorem ipsius Iorij Deo dicatum est. Cùm autem eo etiam in loco memoria illius miraculis crebresceret, caput decéter exornatum repositum est in sacrario; reliqua sacra pignora in summo altari. In huius autem rei memoriam vtriusque sepulturæ locus, religiosè colitur. Nam & priuatæ illæ ædes annuè exornantur in die natali, caput sacram eò defertur, & ad sepulchrum piè concurritur; circa quod multam lucem diuinitus apparen-

apparentem sese conspexisse testantur multi  
superstites.

Sic ferè Molanus in natalibus Sanctorum  
Belgij.

## CAPUT LXIII.

MOSPVRGENSE OLIM MONASTERIVM  
nunc Canonicorum collegium in d.  
Frisingensi.

**A**rnoldus Imperator monasterium &  
Abbatiam Mospurg, anno 895. dedit ac  
subiecit Ecclesiæ Frisingensi, ut perpetuò sub  
eius defensione & potestate esset, Ita legitur in  
libro traditionū Frisingensis Ecclesiæ. Tribuit  
illi monasterio etiam pascua in loco vbi Am-  
bra in Isaram cadit. Confirmauit hanc subie-  
ctionem & donationem Arnoldi Imperatoris  
Otho primus Imperator anno 940.

De hac re exstat etiam sententia Adalbero-  
nis Comitis, in cuius comitatu Mospurg sitū  
est, ex mandato Cunradi Imperatoris; Qua  
sententia Mospurg monasteriū Ecclesiæ Fri-  
singensis iuri ac Dominio perpetuo adiudica-  
tur, anno 1127.

Henricus sanctus à fundamentis exstru-  
xit templum Mospurgij pro sacerdo-  
taribus sacerdotibus, Auen-  
tino teste.